

19 quotations attributed to Maximianus in the *Compendium moralium notabilium* (from *Epytoma sapientie*, Venice, 1505)

Pars 1, Liber 3, Rubrica 1: De naturalitate et consideratione morali (fol.19ra):

Maximianus. **Quod natura negat reddere nemo potest.**

Sed nihil hic clamor, nil sermo mitis agebat: / Quod natura negat, reddere nemo potest.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 5 (E. Baehrens ed., 1883, p.342, ll.53-54).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 5: De moralitate circa se et alium (fol.20rb):

Maximianus: **Quis suam in alterius condemnet crimine vitam: Et quo ipse tendit claudere certet iter.**

Quis suam in alterius condemnet crimine uitam / Et quo pertendit claudere certet iter?

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 2 (E. Baehrens ed., 1883, p.332, ll.67-68).

Pars 1, Liber 3, Rubrica 7: De diuersitate moralitatum et naturalitatum diuersorum hominum (fol.21ra):

Maximianus. **Diuersos diuersa iuuant.**

Diuersos diuersa iuuant: non omnibus annis / Omnia conueniunt: res prius apta nocet.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 2 (E. Baehrens ed., 1883, p.321, ll.103-104).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 1: De intelligentia cognitione ingenio et scientia consideratione morali (fol.61ra):

Maximianus: **Non intellecti nulla est curatio morbi.**

Non intellecti nulla est curatio morbi, / Vt magis inclusis ignibus antra fremunt.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 3 (E. Baehrens ed., 1883, p.335, ll.55-56).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 4: De ratione morali consideratione (fol.61vb):

Maximianus. **Plus ratio quamuis ceca valere solet.**

Vincat honor luxum, pietas succedat amori: / Plus ratio quam uis caeca ualere solet.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 2 (E. Baehrens ed., 1883, p.332, ll.71-72).

Pars 3, Liber 1, Rubrica 10: De coniectura morum per aspectum et gestum (fol.63rb):

Maximianus: **Certe difficile est abscondere pectoris estus. / Panditur in clauso sepius ore furor.**

Certe difficile est abscondere pectoris aestus, / Panditur et clauso saepius ore furor.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 4 (E. Baehrens ed., 1883, p.338, ll.27-28).

Pars 3, Liber 2, Rubrica 14: De certitudine et incertitudine (n.p. fol.6vb):

Maximianus. **Nonne placet melius certis confidere rebus. / Euentus varios: res noua semper habet.**

Nonne placet melius certis confidere rebus? / Euentus uarios res noua semper habet.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 2 (E. Baehrens ed., 1883, p.331, ll.53-54).

Pars 3, Liber 5, Rubrica 10: Cum quibus sit loquendum (fol.77va):

Maximianus: **Contractata diu crimina crimen habent.**

Sit satis, indignum leuiter tetigisse pudorem: / Contractata diu crimina crimen habent.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 6 (E. Baehrens ed., 1883, p.348, ll.3-4).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 2: De medio et extremis (fol.86va):

Maximianus: **Maior enim mediis gratia rebus inest.**

Cum media tantum dilexi ludere forma; / Maior enim mediis gratia rebus inest.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 1 (E. Baehrens ed., 1883, p.320, ll.81-82).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 7: De acceptabilitate temporis et sociorum (fol.87vb):

Maximianus: **Non omnibus annis omnia conueniunt.**

Diuersos diuersa iuuant: non omnibus annis / Omnia conueniunt: res prius apta nocet.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 1 (E. Baehrens ed., 1883, p.321, ll.103-104).

Pars 4, Liber 1, Rubrica 8: De modo celeritatis dilationis et more (fol.88va):

Maximianus. **Pena minor certam subito proferre ruinam. / Quam timens grauius sustinuisse diu.**

Sed mihi uenturos melius praeuertere casus / Atque infelices anticipare dies: / Pena minor, certam subito perferre ruinam: / Quod timeas grauius sustinuisse diu.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 1 (E. Baehrens ed., 1883, p.328, ll.275-278).

Pars 4, Liber 2, Rubrica 14: De auaritia cupiditate pecunie (fol.91vb):

Maximianus: **Auri cecus amor natium vincit amorem.**

Auri caecus amor natium uincit amorem: / Coeperunt natae crimen amare suae.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 3 (E. Baehrens ed., 1883, p.336, ll.73-74).

Pars 4, Liber 6, Rubrica 8: De castitate pudicitia atque impudicitia (fol.115vb):

Maximianus. **Castus amor veneris dicite quando sitit.**

Castus amor Veneris dicito quando fuit?

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 3 (E. Baehrens ed., 1883, p.335, l.66).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 3: De mutabilitate et caducitate prosperitatis atque aduersitatis ex inopinatis casibus fortuitis aut fatalibus (fol.138vb):

Maximianus. **Et grauius summo culmine mensa ruunt.**

Felix qui meruit tranquillam ducere uitam / Et laeto stabiles claudere fine dies: / Dura  
satis miseris memoratio prisca bonorum, Et grauius summo culmine missa ruunt.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 1 (E. Baehrens ed., 1883, p.329, ll.289-292).

Pars 5, Liber 3, Rubrica 6: De tristitia et merore (fol.140va):

Maximianus: **Pena minor certam subito perferre ruinam. / Quam timens grauius sustinuisse diu.**<sup>1</sup> / **Dura satis miseris memoratio prisca bonorum.**<sup>2</sup>

1. Sed mihi uenturos melius praeuertere casus / Atque infelices anticipare dies: / Pena minor, certam subito perferre ruinam: / Quod timeas grauius sustinuisse diu.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 1 (E. Baehrens ed., 1883, p.328, ll.275-278).

2. Dura satis miseris memoratio prisca bonorum, / Et grauius summo culmine missa ruunt.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 1 (E. Baehrens ed., 1883, p.329, ll.289-290).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 1: De laboriositate et vanitate vite (fol.143rb):

Maximianus. **Iam nihil est totum quod viximus: omnia secum / Tempus preteriens horaque summa trahit.**

Iam nihil est totum quod uiximus: omnia se cum / Tempus praeteriens horaque summa trahit.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 2 (E. Baehrens ed., 1883, p.330, ll.23-24).

Pars 5, Liber 4, Rubrica 3: De mortis naturalitate (fol.144ra):

Maximianus. **Ortus cuncta suos repetunt matremque requirunt. / Et redit ad nihilum quod fuit ante nihil.**<sup>1</sup> **Omnibus est eadem leti via non tamen vnus / Est vite cunctis exitiique modus. / Huc puer atque senex pariter iuuenesque feruntur. / Hic par diuitibus pauper egenus erit.**<sup>2</sup>

1. Ortus cuncta suos repetunt matremque requirunt, / Et redit ad nihilum, quod fuit ante nihil.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 1 (E. Baehrens ed., 1883, p.326, ll.221-222).

2. Omnibus est eadem leti uia, non tamen unus / Est uitae cunctis exitiique modus. / Hac pueri atque senes pariter iuuenesque feruntur, / Hac par diuitibus pauper egenus erit.

Maximianus Etruscus (?), *Elegiae*, 6 (E. Baehrens ed., 1883, p.348, ll.5-8).